Cassetta Franciscus de Paula, card., episc. Tusculan., epistolam accipit de solemni commemoratione XVI exeuntis saeculi ab edicto Constantini Imperatoris, pro qua constituitur consilium directivum, 131.

Castelli Carolo, archiep. Firmano, ceterisque regionis Picenae inferioris Episcopis, in proximo Laureti habendo conventu acturis de novis praescriptionibus pro Seminariis, beatissimus Pater per epistolam fausta adprecatur, 666.

Castro Ioann. Bapt. archiep. Caracen., epistolam accipit, qua beatissimus Pater laetatur de spe meliorum pro ecclesia Venezuelana temporum, ei gratulatur de virtutibus quibus est ditatus, eumque una cum aliis Episcopis hortatur adlaborent strenue ad eiusdem ecclesiae conditiones meliores reddendas, 23, ad cleri disciplinam curandam, cui « Exhortatio ad clerum catholicum universum » denuo proponitur, 24, ad Seminaria instituenda recteque regenda, et perfectiore latini idiomatis studio ditanda; ad clericos maturius ad Ordines admittendos, 25.

Catechesis Christianae tradendae quantum sit munus, 213; novus textus proponitur, 690.

Catechismo: – della dottrina Cristiana, novus textus adprobatur et provinciae Romanae tradendus prescribitur, 690: – *di storia Sacra:* operis sic inscripti, iam in Indicem relati, auctor (P. A. S.) humiliter se subiicit, 57.

Catechismo (Opus a), laudatur occasione alterius ex tota Gallia conventus Parisiis habendi, 100.

Catharina (Sodalitas a S.), sub patrocinio Dñae nostrae bonorum studiorum Parisiis erecta, archisodalitatis titulo et privilegiis donatur, 689.

Causae: – apud Signaturam Apostolicam, v. *Signatura Apostolica:* – beatificationis et canonizationis procedentes per viam casus excepti, 705.

Celebret, a secundo Vicariatus officio concedendum, 10.

Ce-li maritimi (Tien-tsin) vicariatus apostolicus, a Ce-li septentrionali seiunctus, erigitur, 489.

« Cercles Catholiques »: v. *De Mun.*

Chollet Ioannes A., episc. Virodunen., epistolam accipit, quo gratias ei aguntur de libro beatissimo Patri oblato, 130.

Chouilly L.: opus eius quoddam in Indicem refertur, 56.

Christophori (S.): Sodalitas in pago « St-Christophe le Jajolet », diocesis Sagiensis, in archisodalitatem erigitur, 172.

Ciceri Franciscus, Papiensis episc., epistolam accipit qua beatissimus Pater ei gratulatur ob synodum diocesanam feliciter

habitam, et laudat ea quae de populari actione iuxta normas sanctae Sedis dirigenda, sunt decreta, 621.

Cinematographicae actiones in ecclesiis prohibentur, 724.

Citationis defectus: quando non admittatur ut argumentum nullitatis sententiae Rotalis, 189.

Clandestinitas, ut impedimentum dirimens matrimonium pro acatholicis, 183.

Clapier, parochus loci Beaussel, epistolam accipit ob librum beatissimo Patri exhibitum, 132.

Clarae (S.) Assisiensis, occasione saecularium solemnium, vita et virtutes laudantur, 557, Ordinis franciscalis secundi vera mater edicitur, 559, filiis eius humilitatis, paupertatis, patientiae exemplar proponitur, 560, locus pretiosae vitae et mortis, 561, itemque sepulturae maxima veneratione digni declarantur, 562, et variis privilegiis augentur, 563: - *Protomonasterium*, basilica minor denuntiatur, necnon Missae votivae indulto augetur, eique privilegium exemptionis confirmatur, sub administratione Cardinalis Protectoris Fratrum Minorum 563, aut, si ipse Pontifex sit Protector, Legati apostolici speciatim eligendi, 564.

Claras Iulius: eius opus quoddam in Indicem refertur, 369.

Clausurae Papalis monasteria ingredi valent Postulantes sine venia sanctae Sedis, 565.

Clementi Famianus ab eleemosynarum pro Missis largitione arcetur, 726.

Cleri: - *corruptio*, plebis morum declinationem inducit, 24; - *Urbani;* disciplina curanda a secundo Vicariatus officio, 6, 9 et seqq.; examinatorum collegium novum erigitur, novisque ditatur regulis, 11; recensio facienda, 11.

Clerici ad officium vel beneficium quod diuturnam in Urbe commorationem importat non admittantur nisi de consensu Card. Vicarii, 11.

— *Regulares a Matre Dei*, titulo et privilegiis Doctorum frui valent, sed novo examini subiicere possunt alumnos Congregationem ingredientes, iam laurea doctorali insignitos, 245.

Cognati et consanguinei, admittendi ut testes in causis matrimonialibus, 117; licet pro ipsis votum ferre in conlatione beneficiorum, 405 et seqq.

Collectae imperatae in Missa, etiam si duae imperentur, adiungantur quando tres tantum praescribuntur orationes, 275; omittuntur, si post tres orationes dicenda sit oratio Ssmi publice expositi, aut anniversarii electionis et coronationis aut consecrationis Papae vel Episcopi, 448, non autem si addatur oratio pro defunctis ad lucrandam indulgentiam altaris privilegiati, 447.

Collegia ad Laicorum institutionem secundo Vicariatus officio subduntur, 14; normae, 15; - *episcopalia:* alumni admitti poterunt in scholis Seminariorum, 495.

Collegium S. Laurentii Brundusini (v. *Pacificus a Seiano*), 662.

Color in Missa de Dominica vel de feria, etiam hoc anno, debet esse Dominicae vel feriae proprius, 178; sed est de octava, quando officium Dominicae non sumitur de Psalterio sed de octava, 248.

Commissarius pro rebus divini cultus et pro Visitatione apostolica in Urbe constituitur, 6; est a secretis commissionis Cardinalium pro eadem Visitatione, 7; eius officia, qua talis, 8.

Commissiones Urbanae: pro visitatione Apostolica, 7; ab archeologia, musica et arte sacra, 9; directiva pro sacerdotali ministerio, 11.

Communio, in commemoratione omnium fidelium defunctorum administratur in colore violaceo et albo, 323; - annuente episcopo, deferri potest non graviter aegrotis domi degentibus, in forma privata a Benedicto XIV praescripta, 725; - dari in casu necessitatis potest, etiam in fermentato a Sacerdote latino, et in azymo ab Orientali, 615, et recipi a Sacerdote alieni ritus, excepto Viatico nisi urgeat necessitas, et Communione Paschali, 616: - in die Paschatis administrari potest etiam in ecclesiis non parochialibus, 726: - *Monialibus infirmis* in Monasteriis clausurae papalis, deficiente confessario et capellano, administrari potest ab alio sacerdote, ab episcopo adprobato, cum adsistentia quatuor Religiosarum ab ingressu in clausuram ad egressum ab ea, 626.

— *Paschalis*, a Sacerdote alieni ritus recipi nequit, 616.

— *prima puerorum:* Pia unio ab ea ad S. Claudii in Urbe instituta, 49, erigitur in primariam cum facultate aggre-

gandi, 50; - pueros Gallos prima vice S. Communione refectos, Romamque peregrinantes alloquens beatissimus Pater, plura de praecoci puerorum communionis praestantia et de angelica puritate ad eam necessaria disserit, eis gratulatus de gratia hac magna a Deo accepta, 261 et seqq.

Concurrentiae tabella, 64.

Concursus ad paroecias, quomodo habendus, 296 et seqq.; iudicari potest per multiplex scrutinium etiam de idoneitate relativa candidatorum, 305 et seqq.

Confessarii in Urbe a secundo Vicariatus officio adprobandi et eligendi, 10.

« *Confessionalité des œuvres* » laudibus cumulatur, 714.

Confraternitas: Ss. Rosarii, v. *Mojano.*

— *nostrae Dñae a S. Corde Quebecensis,* v. *Québec.*

Confraternitates in Urbe secundo Vicariatus officio subduntur, 16.

Congregatio Sacra: - *Rituum,* eius rescripta etc. nulla sunt, nisi a Praefecto vel Secretario aut eius Substituto subsignata, 84; - *Studiorum,* perdit iura in quasdam scholas Urbis, 14. - *Visitationis Apostolicae* supprimitur, 7.

Congregationes a S. Elisabeth, v. *Elisabeth.*

Consanguinei, v. *Cognati.*

Consensus, necessarius ad matrimonium, 112, 115, 711.

Consilium: - *centrale Romanum* virorum et dominarum caritatis a S. Vincentio a Paulo, 17; - *dioecesanum Actionis Catholicae* in Urbe, 17; - *dioecesanum Doctrinae Christianae* instituitur, 17; - *scholasticum* in Urbe, 15; - *vigilantiae* in Urbe, 11.

Consociatio primaria Ss. Crucis, v. *Cassetta.*

Consociationes ad pia opera in Urbe secundo Vicariatus officio subduntur, 16.

— *opificum* (v.).

Consolatione (*B. M. V. a*), v. *Maria.*

Constantiniana solemnia, v. *Cassetta.*

Consuetudo quae a lege aliqua excluditur est praeterita, non futura, 242.

Consultores Urbani ad parochi amotionem a secundo Vicariatus officio pendent, 11.

Contumacia vera, sine dolo non habetur, non tollit potestatem appellandi a sententia ipsa contumaciae declaratoria, 600;

— praxis Romanae Curiae circa eam, 601.

Conventus Catholicorum: Aquisgranen., v. Winauds: *Ebroicensis* (ad Pont-Audemer), v. Meunier: *Lucaniae,* v. Monterisi: *Eucharisticus Vindobonensis,* v. Van Rossum: *Ebroicensis* (ad Louviers), v. Meunier: *Tertii Ordinis Franciscalis,* v. Tertius Ordo.

Cordis Iesu (Ss.): inscriptio ad quandam Eius imaginem prohibetur, 586; - Societas in templo nationali Bruxellis instituta, 266, quatuor in gradus dispertita, in Archiconfraternitatem erigitur, 267, et primaria declaratur cum facultate alias huiusmodi sodalitates aggregandi in ditione Belgica, 268.

Coronae Viae Crucis concessiones revocantur, 529.

Corporis Christi (*Commemoratio solemnis*): - *Dies octava* praefertur duplicibus I classis, excepto festo Ss. App. Petri et Pauli, 64: - *Infra octavam,* occurrente festo duplici, omittitur tertia oratio, 419: - *Missa* de ea in Dom. infra octav. quando fit Processio, non valet pro onere Missae Parochialis, 274: - *Octava* commemoratione gaudet in omnibus festis, 65: - *Processio* fieri potest, de consensu episcopi, etiam ipso die festo, 341.

Corporis Christi dioecesis erigitur, 338.

Corrêa Nery Ioann. Bapt., episc. Campinen., de Seminarii instituendi proposito laudatur per epistolam, 339.

« *Corriere (Il) d'Italia* » ephemeris declaratur non conformis S. Sedis directionibus, 695.

« *Corriere (Il) di Sicilia* » ephemeris declaratur non conformis S. Sedis directionibus, 695.

Cos y Macho Iosephus Maria, card., archiep. Vallisoletan., epistolam accipit ob Catholicorum conventum Vallisoleti habendum, qua beatissimus Pater episcopos et parochos Hispaniae hortatur ad sacrae catechesis institutionem sedulius habendam, 213.

Credo: non dicitur in Missa de feria ac vigilia, etiam si factum sit officium de festo aut octava symbolo gaudente, 419; additur tamen in festis secundae classis, si fiat commemoratio festi simplificati symbolo gaudentis, 448.

Cultorum Martyrum collegium, v. *Cassetta.*

Cura animarum quid et quotuplex sit, 33; a Capitulis nunc quomodo exercenda, 35.

D

Damiani (S.) Monasterium, Missae votivae privilegio ditatur, 563.
Damna ab Auditoribus allata: de eis iudicat Signatura Apostolica, 188.
Daranatz v. *Dubarat*.
Dax ad tempus erit residentia episcopi Aturensis, 365.
De Carolis Franciscus, ab eleemosynarum pro Missis largitione arcetur, 726.
De Cauzons Thomas: eius opus quoddam in Indicem refertur, 369.
De Cormont Carolus, episc. Aturensis, epistolam accipit qua liber « La vocation sacerdotale » adprobatur, 485.
« *Défense religieuse* » *(Comitatus de)* v. *Keller*.
Defensor vinculi in Urbe, 20.
Defuncti: – *Laudes* defunctorum, a Matutino seiunctae, quomodo incipiantur, 500: – *Matutinum*, quomodo concludatur, si a Laudibus seiungatur, 499: – *Missa* iuxta rubricas recitanda sive in choro, sive extra chorum, 447, etiam ubi, prima die libera in mense, fiat Officium de B. M. V. in sabbato, 728. – *Oratio* pro defunctis ad altaris privilegiati indulgentiam lucrandam, semper dicenda in omnibus feriis et vigiliis, paenultimo loco, non attenditur pro recitatione collectarum, 446–447.
Delamaire Franciscus, coadiutor Cameracensis, qui reverenter Catholicorum litteras beatissimo Patri transmisit, per epistolam gratias accipit, 93.
Delegati Monasteriorum in Urbe: officia describuntur, 13.
Delegatus ad agrum Romanum instituitur, et secundo Vicariatus officio subditur, 19.
Demimuid Mauritius, moderator generalis Societatis ab infantia Iesu, epistolam accipit, qua beatissimus Pater eidem gratulatur de periculo propulsato et de fructibus obtentis, 270.
De Montenach (baronissa), vice-praeses Societatis catholicae operum de protegenda iuvene, de bonis fructibus et de spiritu praefati operis gratulatoriam epistolam accipit, occasione sexti congressus eiusdem, 462.
De Mun (Comes), epistolam gratulationis et grati animi causa accipit ob litteras venerationis plenas beatissimo Patri, nomine Operis « Des Cercles Catholiques » oblatas, 162.
Deputati Seminariis: – in Republica Venezuelana eligendi, 25: – in Urbe subduntur secundo Vicariatus officio, 11.
Diaria v. *Ephemerides*.
Dioeceses: – *eriguntur:* Kearneyensis, 337; Corporis Christi, 338; Hajdu-Doroghensis ritus Graeco-Catholici, 430: – *fines determinantur:* Wayne-Castrensis, 338.
Disparitatis cultus v. *Impedimentum*.
Doctoratus laurea: v. *Clerici Regulares a Matre Dei*.
Doctrinae Christianae: – *Archisodalitatis ad S. Mariam in planctu* iura et officia circumscribuntur, constitutionesque immutantur, 18; quibus indulgentiis et privilegiis gaudeat, 587: – *Catechismus* novus adprobatur (v. Catechismus): – *Congregatio* in Urbis paroeciis erigenda, 17: – *Consilium dioecesanum* instituitur, 17.
Dolonne (Sac.): quoddam eius Opus in Indicem refertur, 56.
Domicilium: – constituunt factum habitationis et animus perpetuo in certo loco manendi, 328, 676; – non amittitur, nisi certo constet de egressione e loco cum indubia intentione illum pro habitatione relinquendi, 677 et seq.; – non acquiritur facto parentum a filiis maioribus, 285: – *paternum* a sponsa non amittitur, nisi per celebratum matrimonium, 282.
Dominica: servet suum colorem in Missa: etiam hoc anno, 178.
— *anticipata:* in Laudibus feriae, ant. et psalmi sumuntur 1° loco, 275.
— *infra octav. Nativitatis:* de ea fiat offic. aut commemoratio, si cadat a die 29 ad 31 Decembris die quo cadit: secus prima die ritus minus nobilis, 449: – quomodo disponendae rubricae, 67.
— *Palmarum* ad Completorium omittuntur preces, si facta sit in Vesperis commemoratio duplicis in feriam secundam Maioris Hebdomadae incidentis, 419.
— *reponenda* quoad Missam, est quae suo die impeditur ab Officio nobiliori, et impedit Missas votivas etiam defunctorum, 728.
— *II. post Epiphaniam*, quomodo anticipanda si impediatur, 178, 323; in eaque fit com. octavae occurrentis, omissis in casu suffragio et precibus, 275.
Dominicae maiores I. et II. classis numerantur, 60.
Doxologia B. Mariae Virg., adhibenda in Dominicis, quando fit de eius festo ad

instar simplicis redacto, excepto si habeatur propria Temporis et in Adventu, 82: etiam si hoc festum sit perpetuo simplificatum, 106.

Dubarat et Daranatz (Canon.), qui beatissimo Patri opus inscriptum « Recherches sur la ville et sur l'église de Bayonne » reverenter exhibuerunt, per epistolam gratias accipiunt, 394.

Dubois Aloisius Ernestus, archiep. Bituricen., epistolam accipit, qua laudatur de eius studio in philosophiam scholasticam, 45; item aliam qua laudantur studia episcoporum et cleri Galliarum ad latini sermonis pronuntiationem iuxta Romanum usum invehendam, 577.

Dubourg Augustus, archiep. Rhedonens.; de synodo anno elapso habita ei gratulatur Summus Pontifex, 164.

Duchesne Ludovicus: quoddam eius opus in Indicem refertur, 56; humiliter se subiicit, 103.

Duhig Iacobus, Rockhamptonensis episcopus, quinquagenaria suae ecclesiae celebrans, epistolam accipit gratulatoriam, 441.

Duorum fontium » hypothesis de conscriptione trium priorum Evangeliorum non admittenda, 465.

Duplicia: – primae et secundae classis: primaria et secundaria numerantur, 60; eorum inter se praecedentia, 64; nequeunt transferri in Dominicam, 145; Dominicis assignata, quomodo reponantur, si perpetuo impediantur, 145.

— *maiora:* primaria et secundaria numerantur, 61; Octava gaudere nequeunt, 83; quomodo vesperae disponantur si occurrant in sabbato, et in Dominica fiat de festo Domini, 145.

— *minora* primaria et secundaria quae dicantur, 62.

E

Educationis laicorum instituta in Urbe secundo Vicariatus officio subduntur, 9, 14 et seqq.

Electiones affinium et consanguineorum, v. *suffragium*.

Elisabeth (S.): Congregationes puellarum mulierumque a S. Elisabeth nuncupatae indulgentiis ditantur, 363

Emigrantes: Opus Missionariorum S. Caroli in utilitatem emigrantium ex Italia commendatur, 333: – instituitur apud S. C. Consistorialem nova sectio de spirituali eorum cura, 526.

Ephemerides in Urbe a secundo Vicariatus Officio moderandae, 10: – plures sanctae Sedis directionibus non conformes declarantur, 695.

Epiphania Domini: – Dominica infra octavam: in primis Vesperis ultimus psalmus erit *Laudate Dominum*, 106: – *Octava*, quocumque occurrente festo, commemoratione gaudet, 65.

Episcopus: habet iurisdictionem et potestatem tum auctoritativam, tum dominativam in Religiosos indulto apostolico extra claustra degentes, 627; permittere potest celebrationem Missae et administrationem baptismatis in domibus, itemque privata delatio sanctissimae Eucharistiae etiam non graviter aegrotis, 725; est divini cultus moderator in sua dioecesi, 735: – preces pro Ordinario diocesano omittuntur in officio ab episcopis titularibus; item in Missionibus, nisi adsit privilegium idem nomen recitandi in Canone, 275.

Error iuris, etiam de substantia matrimonii, matrimonium non dirimit, nisi in conditionem deductus sit, 153.

Eucharistia (Ss.) ab initio Ecclesiae etiam alieni ritus fidelibus concedebatur, 609; ob errores Orientalium de illiceitate usus panis azymi inhibitum est latinis communicare in fermentato, 610; quod tamen in Concilio Florentino permissum iterum fuit, 611; usque ad Benedictum XIV, 612; et Leonem XIII, 613; quorum praescriptiones, ob mutatas conditiones et maiorem invectam Communionis frequentiam immutantur, 614; et permittitur tum sacerdotibus, in casu necessitatis, administratio, 615, tum fidelibus extra Communionem Paschalem et Viaticum receptio, in alieno ritu, 616.

— *administratur* proprio semper sacerdotis ritu, quamquam diverso ritu confecta, 615.

— *conficitur* proprio semper Sacerdotis ritu, 615.

— *defertur* privatim, annuente episcopo, non graviter aegrotantibus, 725.

— *recipitur*, extra Viaticum et communionem Paschalem, quocumque ritu, 616.

Evangelium: – S. Lucae, a S. Luca per integrum conscriptum est, 463, post Evangelium S. Marci, sed ante eversam Ieru-

salem et conscriptos Actus Apostolorum, iuxta praedicationem S. Pauli, 464; historicam fidem sibi vindicat, 464; relationes ad alia Evangelia, 465.
— *S. Marci*, a S. Marco scriptum est per integrum, 463, post Evangelium S. Matthaei sed ante eversionem Ierusalem, iuxta praedicationem S. Petri, 464; historicam fidem sibi vindicat, 464; quas relationes habeat ad reliqua evangelia, 465.
— *S. Matthaei*, primum tempore conscriptum est, 464; graeca versio substantialiter concordat cum textu primitivo, 465; eius relationes ad alia Evangelia, 465.
Everest Humbertus O. P., epistolam accipit, qua beatissimus Pater ei gratulatur de Summa Theologica S. Thomae anglice reddita a sui Ordinis Religiosis, cuius primum volumen Ipsi reverenter est oblatum, 164.
Examinatores: - *cleri* in Urbe, 11: - *synodales*, in amotionis decreto ferendo vel revisendo, iusiurandum quando et qua formula praestare debeant, 141: in concursibus ad paroecias dare possunt iudicium de opportunitate seu idoneitate relativa, 301, 305 et seqq.
Excardinatio clericorum quid sit, et quibus legibus gubernetur, 251 et seqq.
Excommunicatione plectuntur Armeni Catholici, nefaria in Patriarchalem sedem et auctoritatem perpetrantes, 400.
« *Exhortatio ad clerum catholicum universum* » denuo proponitur clero Venezuelano, 24; et sacerdotibus Unionis Apostolicae, 694.
Ezechiel a S. Corde Iesu, Carmelitarum excalceatorum praepositus generalis, epistolam accipit ob opera S. Ioannis a Cruce beatissimo Patri reverenter oblata, 686.

F

Fagnano Iosephus, praefectus apostolicus Patagoniae meridionalis, epistolam accipit gratulatoriam, xxv anno recurrente quo ipse primam ibidem missionalem domum erexit, 402.
Familiae (S.) Festum est festum Domini; Dominicae minori praefertur; in Dominica maiori occurrens simplificatur, 248.
Faverney: Templum Virginis Immaculatae « N. D. de la Blanche », vetusta imagine, miraculosa Hostia, fidelium turbis et amplissima sodalitate insigne, Basilica minor renuntiatur, 212.
Feriae: in Missa servent suum colorem, etiam hoc anno, 178; - quae non permittant Missas votivas ob Missam Dominicae reponendam, 728.
— *maiores*, privilegiatae et non privilegiatae numerantur, 60.
Ferracci Valeriano: eius opus de vita Paulae Mandatori-Sacchetti prohibetur, 586.
Ferrari Andreas, card. archiep. Mediolan., una cum reliquis Lombardae regionis Episcopis, epistolam accipit qua beatissimus Pater gratulatur de revirescente in populis pietate erga sanctam Eucharistiam, 527; et de cura adhibita ad obtinendam plenam obedientiam Apostolicae Sedi inter eos qui sociali actioni dant operam, 528.
Ferreoli et Ferrutii (Ss.) templum Bisuntinum, ingenti mole, sepulchro martyrum, maximaque populi veneratione et cleri frequentia insigne, basilica minor renuntiatur, 210: et in collegiatam ad honorem evehitur, 366.
Festa: - *Domini*, eorumque dies Octavae quaecumque Dominicae minori praeferenda, 65.
— *Ecclesiae universalis*, duplicia maiora vel minora, alicubi in Dominicis celebrata, suo loco reponenda, 106.
— *eiusdem personae*, quomodo ordinanda in occursu et concursu, 65.
— *mobilia*, quando et quomodo transferentur vel ad instar simplicis redigantur, 322.
— *particularia* nequeunt omitti inconsulta S. R. C., 178
— *primaria* et *secundaria* numerantur, 60 et seqq.
— *simplificata*, etiam perpetuo, si duplicia, impediunt suffragium, preces, « Quicumque », et tertiam orationem, 106.
— *Sociorum Patroni* vel similium, quomodo celebranda, 65 et seqq.
— *suppressa* sunt tantum quoad preceptum, solemnitas manet, 340; et episcopi dispensare valent a ieiunio et abstinentia in eis occurrentibus, 341.
Fiat Antonius, moderator archisodalitatis ab agonia D. N. I. C., epistolam accipit, qua beatissimus Pater ei gratulatur de fine ab eadem archisodalitate intento, procurandi tranquillitatem Ecclesiae, et salutem sempiternam morientibus fratribus, 269.

Filippini Lucia: vita, institutiones, labores et mors brevi describuntur, 500, 501; eiusque causae introductio signatur, 502.

Fischer Antonius, card., archiep. Colonien., epistolam accipit, qua beatissimus Pater laudat proposita pertractanda in Mariali conventu Trevirensi, 578; simulque oratores hortatur ut ea ad Christifidelium spiritualem utilitatem dirigant, 579.

Flaminiae regionis Episcopi, v. *Boschi*.

Flechter Philippus, moderator Sodalitatis « Of our Lady of Ransom », vigesimo quinto anno ab huius institutione litteram gratulatoriam simulque hortatoriam accipit, 401.

Fonck Leopoldus epistolam accipit de diplomate ab Instituto Biblico conferendo, 471.

Franciscalis Tertius Ordo (v. *Tertius Ordo*).

Franciscus Iosephus, Austriae Imperator et Rex Hungariae, pro munificentia sua in erectione dioeceseos Hajdu-Doroghensis laudatur, 433; itemque pro suo studio ad conventus eucharistici Vindobonensis solemnitatem evehendam, 580.

Fuzet Fridericus, archiep. Rothomagen., per epistolam laudatur de eius litteris circa « l'Apostolicité des églises de Provence », beatissimo Patri reverenter exhibitis, 355.

G

Gallarati Scotti Thomas: opus eius quoddam in Indicem refertur, 56.

Gasparis del Bufalo (B.), Lectiones I. nocturni erunt propriae, ubi concessae sunt, 419.

Germani episcopi litteras accipiunt encyclicas de consociationibus opificum catholicis et mistis, 657 (v. *Kopp*).

Gethsemani v. *Horae Sanctae*.

Gibbons Iacobus, card., archiep. Baltimoren., epistolam accipit, qua catholica studiorum Washingtoniensis Universitas laudatur, 98, fidelium liberalitati commendatur, et ad clericos saeculares et regulares sana doctrina instruendos aptissima edicitur, 99.

Gieure Franciscus, Baionensium episcopus, epistolam accipit, qua ei fit potestas B. M. V. « du Beau Rameau » ad Bétharram decorandi aureis coronis a beatissimo Patre oblatis, 490.

Gomes Pimenta, archiep. Mariannen., epistolam accipit qua beatissimus Pater ei gratulatur occasione quinquagesimi anni a sacerdotio inito, 364.

Gonzalez y Sanz Venantius: quoddam eius opus in Indicem refertur, 56; humiliter se subiicit, 144.

Gredt Iosephus, *O. S. B.*, epistolam accipit, qua beatissimus Pater ei gratias agit et gratulatur de opere « Elementa Philosophiae Aristotelico-Thomisticae », devotionis ergo, oblato, 564.

Gregorii (B.) Barbadici vita, 180, et cultu breviter narratis, signatur reassumptio causae canonizationis, 181.

Gymnastici ludi quem locum habere debeant in Operibus ad iuventutem instituendam, 715.

H

Habitus religionis a Postulantibus in monasteriis votorum sollemnium non adhibendus, nisi in admissione ad Novitiatum, 566.

Hacodatensis dioecesis, quaedam loca cedit novae praefecturae apostolicae de Nygata, 566.

Hajdu-Doroghensis dioecesis, ab Hungarico Gubernio convenientissime dotata, 432, ritus Graeco-Catholici in Hungaria erigitur, 430, et iurisdictioni S. Congr. de Propaganda Fide pro negotiis rituum Orientalium subiicitur, 433.

Haze Mariae Teresiae (Ven.), fundatricis Congregationis Filiarum a Cruce, caritatis fama insignis, causa beatificationis et canonizationis introducitur, 103-104.

Hebraicae voces quomodo sint modulandae in cantu liturgico, 539.

Hedley Cuthbertus, Neoportensium episc., quinquagesimum sui sacerdotii anni celebrans, epistolam accipit gratulatoriam, 622.

Hittmair Rudolphus, episc. Lincien., epistolam accipit, qua beatissimus Pater eius pastoralem diligentiam laudat, 269.

Holzhey Carolus: quoddam eius Biblicum commentarium in Seminariis non admittendum, 530.

Horae Sanctae perpetuae de Getsemani Associatio, in sacello S. Ludovici Andegavensis Tolosae instituta, et per totam Galliam propagata, archisodalitatis titulo et privilegiis donatur, 137.

Hospitalia urbana quo sensu Cardinali Vicario subdantur, 18.

Humbert Augustus. cuius opus quoddam in Indicem relatum erat, humiliter se subiicit, 57.

Hymnorum conclusio v. *Doxologia.*

I-J

Janvier E., epistolam gratulatoriam accipit ob sacrarum orationum nonum volumen, beatissimo Patri exhibitum, 92; itemque aliam ob decimum volumen, 716.

Ieiunium dispensari potest ab episcopis in festis suppressis sed solemniter celebratis, 341: eius dispensatio extenditur ad Religiosos tantum quoad obligationes lege Ecclesiae impositas, non autem quoad obligationes propriae regulae, 627; item dispensatio pro America Latina indulta viget etiam in insulis Antillis, 730.

Impedimentum: – adulterii cum attentatione matrimonii, dispensatum censetur per dispensationem super matrimonio rato et non consummato, aut per permissionem transitus ad alias nuptias, 403: – *disparitatis cultus,* non dispensatur sine debitis cautelis, 442, secus dispensatio nulla est et declarari potest, 443.

Incardinatio clericorum quid sit, et quaenam eius conditiones, 251 et seqq.

Indi ex America latina: eorum misera conditio, saepius ab apostolica Sede deplorata, 521, etiam post servitutem veri nominis abolitam, 522, coniunctis viribus a Republica et Ecclesia curanda est, stipe collata, precum suffragio, 523, et institutione missionalium stationum, 524; Ordinariis locorum reservatur absolutio a pluribus sceleribus in Indos admissis, 524.

Indulgentiae conceduntur piae Unioni pro Communione puerorum ad S. Claudii de Urbe, 361; item Congregationibus a S. Elisabeth dioeceseos Varmiensis, 363; item in honorem beatae Mariae Virginis Immaculatae, primo sabbato cuiuslibet mensis lucranda, 623; item fidelibus Mexicanis iaculatorias preces in honorem Guadalupensis Virginis recitantibus, 641; item pro piis exercitiis in honorem S. Annae, 723.

— *et privilegia* ven. archiconfraternitati Doctrinae Christianae concessa, 587.

— *Sanctorum festis adnexae,* quando et quomodo sequantur horum festorum translationes, 624.

Infantia Iesu (Societas ab). v. *Demimuid.*

Infirmae in monasteriis clausurae papalis (v. *Communio*).

Institutum: – Biblicum (v.); – « *of Christian Brothers* » v. *Witthy.*

Interamnense et Narniense Capitulum ad eligendum vicarium capitularem convocandum est alternatim a digniori ex alterutro Capitulo in sua civitate episcopali, et omnes ex utroque Capitulo convocentur, 175.

Interconfessionalis religio improbanda, 657.

Ioannae De Arc V. (B.) festum ad ritum duplicem secundae classis elevatur pro Gallia eiusque coloniis, 326.

Ioannis Baptistae (S.) vigilia, in occurrentia praefertur vigiliae Ss. Apostolorum Petri et Pauli, 66.

Ioseph (S.): – Festum titulare fiat Dominica tertia post Pascha, nisi speciales rationes illud die 19 martii celebrandum suadeant, 728: – *Templum Bonaërense* in basilicam minorem erigitur, 50: – *Urbanum in via Triumphali,* in parochiam erigitur, 436.

« *Italia (L')* » ephemeris declaratur non conformis S. Sedis dispositionibus, 695.

Italiae Ordinarii quoad Seminaria, v. *Seminaria.*

Iudices Ecclesiastici primae instantiae in Urbe: Cardinalis Vicarius, auditor, substitutus, coniudices, 19.

Iudiciaria negotia in Urbe: normae, 19.

Iurisdictionis defectus, argumentum nullitatis sententiae Rotalis, 189.

Iusiurandum ab examinatoribus synodalibus et parochis consultoribus, quando et quomodo praestandum, 141.

Iuvene (Opus de protegenda), v. *De Montenach.*

K

Kalendarium Breviarii et Missalis innovatur, 58, 78; *uniuscuiusque dioecesis,* quomodo reformari valeat, 538.

Kearneyensis dioecesis erigitur, 337.

Keller comes, praeses Comitatus catholici « de défense religieuse » in Gallia, ob annuam relationem de operibus ab eodem comitatu confectis, laudatur per epistolam, 356.

Kientchang (Vicariatus apostolicus de) territorium quoddam recipit a vicariatu apostolico Sutchuensi meridionali, 367.

Koch (W.), cuius opus quoddam in Indicem relatum fuerat, humiliter se subiicit, 57.

Kopp Georgius, card., episc. Vratislavien., ceterique Germaniae episcopi, litteras accipiunt encyclicas de opificum consociationibus catholicis et mistis, 657: - dena sacerdotii, quina episcopatus lustra explenti, per epistolam gratulatur beatissimus Pater, 667; eique ob litteras venerationis plenas, una cum ceteris Germaniae episcopis Fuldae congregatis, beatissimus Pater gratias agit, 693.

L

Lagrange (P.), plura eius scripta Biblica in Seminaria admitti non debent, 530.

Lahitton Ioseph: eius liber « La vocation sacerdotale » adprobatur, 485.

Laicorum instituta in Urbe, v. *Educationis*.

Lapurdensis titulus additur nomini dioecesis Tarbiensis, 338.

Latini idiomatis: - pronuntiatio iuxta Romanum usum laudatur et consulitur pro Gallia, 577; - *studium* in Seminariis promovendum, 25.

Laudes, a Matutino seiunctae, quomodo incipiantur triduo Mortis Christi, 499, et in officio defunctorum, 500.

Lauretani: - Capellani honorarii privilegia et insignia adhibere nequeunt extra dioecesim, 325: - *Capitulares omnes* sunt Papae familiares, sed nec Praelati, nec Cubicularii aut Capellani secreti Summi Pontificis, 729.

« *La vocation sacerdotale* » liber, a Iosepho Lahitton conscriptus, adprobatur, 485.

Lectiones: - de Scriptura, quomodo transferendae vel omittendae, si impediantur, 323: - *octava et nona* iungendae in festis Ss. Nerei et Socior. et Dedicationis S. Michaëlis, non autem in festo S. Matthaei, 728: - *secundi nocturni* in festo S. Agnetis sunt historicae, et pro nona lectione legendae, 419.

Legis violatio seu *negligentia*, in sententia Rotali argumentum nullitatis, 189.

Lenert Dñus, parochus S. Nicolai de Chardonnet Parisiis, per epistolam gratias accipit ob conferentiarum volumina beatissimo Patri oblata, 652.

« *Letters to His Holiness Pope Pius X* » opus inscriptum in Indicem refertur, 56.

Librorum catholicorum: - diffusio, perexigua in comparatione librorum malorum diffusionis, 606, omnibus commendatur, 607: - *vulgatio*, in Urbe secundo Vicariatus officio moderanda submittitur, 10; potest permitti absque revisione, si ab alio episcopo pro sua dioecesi permissa fuerit, 370.

« *Licenza ginnasiale* » ad periculum pro ea assequenda omnes Seminariorum alumni admittantur, 496.

« *Licenza liceale* » quinam Seminariorum alumni ad eam obtinendam periculum subire debeant, 496.

Limericen: ecclesia S. Ioannis Baptistae in Cathedralem erigitur, et Capitulo ditatur, 176.

Lipsanotheca primo Vicariatus officio adiungitur, 9.

Locumtenentis Vicariatus officium in Urbe supprimitur, 6.

Lombardae regionis Episcopi, v. *Ferrari*.

Lucae (S.) Evangelium, v. *Evangelium*.

Lucania Catholicorum conventus, v. *Monterisi*.

Lusitania: pensiones a publico aerario clero adsignatae, non accipiendae, 645.

M

Macarius Cyrillus, quondam Alexandrinus Coptorum patriarcha, poenitens suae Ecclesiae Graecae Orthodoxae adhaesionis, Ecclesiae Romanae subiectionem profitetur, 214.

Machinae ad extinguendum incendium benedictio adprobatur, 370.

« *Magistral de Sevilla* »: plures libelli ab eo inscripti, non conformes S. Sedis directionibus declarantur, 707.

« *Magnificat* » Mariae tribuendum, non Elisabeth, 463.

Mandati procuratorii defectus aut vitium, argumentum nullitatis Rotalis, 189; quando sanatus censeatur, 189.

Mandatori-Sacchetti Paula: eius vita a Valeriano Ferracci conscripta prohibetur, 586.

Mandatum, cuius nulliter facta fuerit exsecutio, denuo exsecutioni mandari potest, 127.

Manilensis studiorum Universitas, v. *Noval*.

Marci (S.) *Evangelium*, v. *Evangelium*.

Mariae (S.): - *a Consolatione*, Sodalitas, Augustae Taurinorum erecta, Archiso-

dalitatis titulo et privilegiis donatur, 721.

Mariae (S.): - *ad Rupes.* Sanctuarium prope Castrum S. Eliae, quod iam Benedictini incoluerunt, beatae Virginis imagine celeberrimum, ad quam crebri peregrini undique accurrunt, 553, gradibus a Iosepho Andrea Rhodio per se insculptis clarum, iam a Leone XIII Minoribus concreditum, 554, apostolicae Sedis ditionis esse declaratur, et basilicae minoris titulo insignitur, 555.

— *a Rosario*, parochia ab ecclesia in Monte Mario ad novam aedem in Pratis transfertur, simulque in duas scinditur, erecta parochia S. Ioseph in via Triumphali, 436.

— *du beau Rameau*, imaginem aureis coronis decorandi a beatissimo Patre fit potestas, 490.

— *Immaculatae. Cleri Reginae*, ad S. Nicolaum du Chardonnet, Parisiis, societas erecta ad sanctitatem et delectum Cleri fovenda, in archisodalitatem erigitur cum facultate ubivis aggregandi, 439.

— *in Domnica*, ecclesia, titulus Diaconalis, card. Basilio Pompilj tribuitur, monachis Basilianis aliquando concredita, 169, nuper Melchitis Soaritis concessa, ipsis alio translatis, curae animarum inserviat, 170.

— *in Sabbato*, officium quomodo disponendum in Laudibus, 105; non cedit Missae Dominicae reponendae, 728.

— *Nominis* (v.).

— *N. D. bonorum studiorum*, v. *Catharina.*

— « *N. D. de la blanche* » templum, v. *Faverney.*

— « *N. D. de suprême pardon* »: Sodalitas in aede S. Mauritii « de Cheddes » dioecesis Nivernensis, in archisodalitatem erigitur, 173.

— *Octava Nativitatis*, recurrente festo sanctissimi Nominis Mariae sub ritu dupl. I classis cum Octava suspenditur, sed de ea fit die octava, 448.

Matrimoniales causae: sunt privilegiatae et nunquam transeunt in rem iudicatam, 157: - in Urbe sunt conficiendae a tertio Vicariatus officio, 20.

Matrimonium: impedimento publici iuris nullum, non revalidatur nisi servata forma Tridentina, 115; v. *Impedimentum.*

— *civile*, ubi lex Tridentina non vigebat, validum est si contrahentes verum matrimonium contrahere volebant, invalidum si meram civilem caeremoniam id putabant, 378 et seqq., 632 et seqq.

Matrimonium mistum, v. *Parochus;* quoad clandestinitatem, 630 et seqq.

Matthaei (S.): - *Evangelium*, v. *Evangelium:* - *lectio nona*, impedita, non iungitur octavae, 728.

Matutinum a Laudibus seiunctum, quomodo concludatur triduo Mortis Christi et in officio defunctorum, 499.

« *Maxima cura* » decreto subditur Australia, 531.

Metus, impedimentum matrimonium dirimens, 112, 183, 475, 504, 646, 670, 709; etiam reverentialis, 113, 476, 506, 647, 671, 709: - quando in foro externo praesumatur, 477, 505.

Meunier Philippus, Ebroicensium episc., congressum dioecesanum in urbe Pont-Audemer, 653, itemque eucharisticum in civitate Louviers proxime habiturus, epistolas accipit, quibus beatissimus Pater fausta quaeque adprecatur, 654.

Michaëlis Arch. (S.): in eius Dedicatione nona lectio, impedita, iungitur octavae, 728.

Miniati (S.) *dioecesis*, loca quaedam cedit dioecesi Pisanae, 176.

Ministerium sacerdotale: Commissio directiva in Urbe secundo Vicariatus officio subditur, 11.

Minores Fratres possident tantum nomine S. Sedis, 543; v. *Monza.*

Missa: - *celebratio*, in Urbe, v. *Celebret; in domibus*, non tamen in cubiculo, ab Ordinario permitti potest per modum actus, 725.

— *de feria in duplicibus* non admitt., 323.

— *de requie* celebrari debet sine cantu extra chorum prima die mensis libera, si resumenda sit Missa Dominicae, 728; *privata*, etiam in die anniversaria et similibus, prohibet. per Quadrages. etc., 323; *solemnis* pro defunctis in bello Tripolitano, permittitur in Dominicis, quibusdam adiectis conditionibus, 107.

— *de Ss. Corpore Christi*, ad processionem Dominicae infra octavam eiusdem dicta, non valet ut Missa parochialis, 274.

Missalia alia adprobata esse pro Urbe, alia pro Orbe, falso innititur fundamento, 669.

Missalis Romani rubricae quaedam innovantur, 57; in Principio et Kalendario Missalis, 78; in Proprio de tempore, 78; in Proprio Sanctorum, 79.

Missionarii versiculum pro episcopo vicario apostolico in officio dicere non valent, nisi adsit privilegium eumdem nominandi in Canone, 275.

— *S. Caroli*, v. *Vicentini*.

— *Ss. Cordis Iesu*, v. *Québec*.

Modernismo (*Relatio super*), ab episcopis tantum una cum relatione de statu suae dioecesis exhibenda, 101.

Modulatio monosyllabarum et hebraicarum vocum in cantu liturgico quae adhibenda, 533.

Moiano: Sodalitas Ss. Rosarii in pago Moiano instituta, sodalium frequentia et caeremoniarum splendore insignis, in archiconfraternitatem ad honorem erigitur, 97.

« ***Momento*** (*Il*) », ephemeris non conformis declaratur S. Sedis directionibus, 695.

Monasteria Urbana a secundo Vicariatus officio pendent, 9; privilegium exemptionis supprimitur, 12; delegatorum officia, 13.

Monosyllabae voces quomodo modulandae sint in cantu liturgico, 539.

Monterisi Ignatius, episcopus Potentinus et Marsicensis, litteram accipit gratulatoriam ob primum Lucaniae Catholicorum conventum, 484.

Monza Pacificus, una cum reliquis Ministris generalibus Ordinis Fratrum Minorum epistolam accipit de Tertio Ordine, 582 (v. *Tertius Ordo*).

Moreschini Camillus, archiep. Camerin., v. *Castelli*.

Mortis Christi triduum: quomodo, Matutino a Laudibus seiuncto, illud concludatur et hae incipiantur, 299.

Mulierum Religiosarum instituta, v. *Monasteria*.

Munier Hadrianus epistolam gratulatoriam accipit ob editum opus « Vers l'éternelle beauté », 619.

Musica sacra (*Coetus a*) in Urbe, primo Vicariatus officio adiungitur, 9.

N

Narniens., v. *Interamnen.*

Nativitátis Dñi: – ***octava***, quocunque occurrente festo commemoratur, 65; – ***vigilia*** (v.).

Navis piscatoriae solemnis adprobatur benedictio, 373.

Nerei et Soc. Mm. (*SS.*), nona lectio impedita octavae iungitur, 728.

Nominis Iesu (Ss.) ***festum*** est in die sequenti reponendum, si impediatur, 248.

Nominis Mariae (Ss.) ***festum***, etiam ubi fit duplex I classis die 12 sept. recolatur, 448; et si cum octava celebratur, haec suspenditur die 15 pro recolenda die octava Nativitatis, 448.

Noval Iosephus O. P., rector pontificiae Universitatis Manilensis, epistolam accipit, qua beatissimus Pater laetatur de sollemnibus paratis ob conditum tertium saeculum ab eiusdem institutione, 51; memorat benefacta S. Sedis et Catholicorum Regum, et magnos obtentos fructus, 52; et fausta quaeque ei adprecatur, 53.

Nullitatis querela contra sententiam Rotalem, iudicanda committitur Signaturae apostolicae, 188: contra quas sententias produci possit, et quaenam eius argumenta, 189.

Nygata (*Praefectura apostolica de*), instituitur et Societati Verbi divini « de Steyl » concreditur, 566.

O

« ***Obsecro te, dulcissime*** », etc., orationem recitantibus conceditur remissio defectuum et culparum in Missa admissarum, 642.

Occurrentiae perpetuae et accidentalis tabellae, 63; corriguntur, 449.

Octavae: notanda in eorum occurrentia, vel concurrentia, 64 et seqq.; - duplicium maiorum abolentur, 83.

Oeconomus curatus, quoad officia et iura fere parocho aequiparatur, 406.

Officia in Urbe ne conferantur, nisi Emo Card. Vicario consulto, 11.

Officia votiva, dioecesibus, Ordinibus et similibus concessa, abrogata sunt, 275.

Omahensis dioecesis dividitur ad efformandam novam dioecesim Kearneyensem, 337.

